



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

769. An comprehendantur quoque Hospitalia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

Quaestio 767. *An locus habeat publicatio, & dicta Constitutio Gregorii in Coadiutoria, impetrata cum futura successione de consensu Coadiutori?*

Respondeo primò: Non habere locum in impetratione talis Coadiutoriae. Garc. p. 11. c. 3. n. 275. Caltrop. de benef. d. 6. p. 2. §. 6. n. 9. Gonz. gl. 5. §. 9. n. 72. Ventrigl. loc. cit. n. 83. citans Mandol. de signat. grat. tit. de coadjut. v. si Papa. Novar. sum. Bullar. v. beneficium resign. public. n. 18. Leiva. in Exam. Episc. l. 2. §. 58. n. 6. qui licet dicat, securus esse, eam impetrationem publicare, ait tamen Ventriglia, praxin parum curare de hac securitate. Ratio responsonis est, quod, licet dicta impetratio videatur habere speciem quandam resignationis, eò quod egeat Coadiuti, & Coadiutoris consensu, non sit tamen verè resignatio; cum per eam non dimittatur à Coadiutore beneficium, & sic non possint ei convenire verba, aut etiam rationes dictae Constitutionis, non enim tenetur Coadiutor possessionem beneficii capere infra tempus in dicta Constitutione praescriptum. Garc. Caltrop. ll. cit.

2. Respondeo secundò: An verò publicatio locus habeat in dimissione, seu cessione Coadiutoriae, id pendere videtur ex resolutione sequentis quaest.

Quaestio 768. *An quoque resignatio seu cessio juris, quod quis habet super beneficio, sit publicanda?*

Respondeo: Quidquid fuerit de hoc olim, seu inspecto tempore Regularum Cancellariae de publicandis, quo fuisse eam publicationem necessariam, tenet Rebuff. in dictam reg. gl. 3. nu. 11. negat e contra Saru. ad eandem reg. q. 20. apud Paris. cit. q. 5. n. 51. quidquid, inquam, sit de hoc, hodie dum ea publicatio est omnino necessaria ob verba clara Constitut. Gregorii: *quacunquē dictorum beneficiorum resignationes, nec non licet & iurium quorumcumque cessiones*: Azor p. 2. l. 7. c. 24. q. 7. in fine. Chok. ad hanc reg. nu. 37. Paris. loc. cit. nu. 55. qui etiam num. 56. id probat à pari: quod sicut in reali donatione excedente summam 500. ducatorum, requiritur insinuatio, quae se habeat ad instar publicationis, ita quoque requiratur insinuatio in renunciatione juris quascumque, ut Barbar. cons. 21. n. 16. & 17. l. i. unde Decisionem Rotae in Pampelon. 5. Nov. 1584. quae resolutum, non requirit publicationem in cessione juris super beneficio, procedere, ait Paris. loc. cit. n. 59. ubi cessio facta ad favorem possessoris beneficii, vel ubi constat de validitate tituli antiqui aliter, quam per cessionem, prout declaratum dicit in Tudenf. Paroch. 10. Jan. 1587. Et prout absolute quoque idem (nempe in simplici cessione facta ad favorem ejus) qui existerat in possessione beneficii, non esse necessariam publicationem, uti nec expeditionem litterarum, sine quibus publicatio fieri nequit, tradit Ventrigl. loc. cit. n. 83. Porro, tamen id certum sit de cessione juris, quod quis habet in beneficio, v. g. dum quis resignat beneficium obtentis nondum Bullis, & sic possessione non habità, ut Chok. loc. cit. Videntur tamen etiam hac procedere de iuribus, quae habet ad beneficium, cum Constitutio dicat: *quorumcumque iurium, & AA. loquantur simpliciter de iure quascio super beneficio (quale est etiam jus ad beneficium, quascitum,*

v. g. per praesentationem, electionem, vel etiam per Coadiutoriam cum futura successione) & hoc velle videtur Paris. loc. cit. num. 58. ubi ait: *& hęc sententia procedit, non solum quando facta fuit resignatio de beneficio, sed etiam de iure quascio: distinguit enim jus quascitum à beneficio, qualiter distingui non videtur jus in beneficio ab ipso titulo beneficii.*

Quaestio 769. *An comprehendantur quoque Hospitalia?*

Respondeo primò: Hospitalia, quae dantur in titulum, absque dubio comprehenduntur, cum veniant nomine beneficiorum. Paris. l. 11. q. 3. num. 43. & 44. sic decitum testans in Aquilanes. Prioratus. 1581. 14. Apr.

2. Respondeo secundò: Hospitalia quoque concedi solita in administrationem & regimen laicis (qui hospitalarii tutoribus, & curatoribus aequiparantur. Paris. n. 40. ex Gemin. cons. 89. n. 5. Socin. senior. cons. 181. n. 1. l. 2.) etsi appellatione beneficiorum non veniant. Paris. nu. 45. citans Clem. quia contingit. de religiof. domib. §. ut autem. Felin. in c. de quarta, de praescrip. m. 142. Gig. de pensiq. 28. nu. 33. & c. neque appellatione officiorum. Paris. n. 46. citans Vitalin. in Clem. dispendiosam n. 30. & 31. de judic. Cardin. ibid. n. 11. Secundum probabiliorem & veriore[m] comprehenduntur, etsi non exprimantur in dicta Constitutione Gregorii. Paris. num. 47. testans, sic decidisse Rotam in Regiens. Hospital. 13. Nov. 1587. & 3. Jun. 1588. Ventrigl. 10. 2. annot. 4. §. 2. n. 74. citans Novar. Sum. Bullar. tit. de benef. resign. public. n. 9. Lott. l. 3. q. 21. num. 28. Rationem dat Paris. n. 48. & 49. quod dicta Constitutio sit favorabilis, & in materia favorabili nomine beneficiorum veniant etiam hospitalia talia, pro quo citat Felin. in c. de quarta, de praescrip. nu. 15. & 16. Selv. de benef. p. 1. q. 3. n. 9. Lamb. de iurep. p. 1. l. 2. q. 11. n. 4. Mandos. in reg. de benef. vac. per promot. q. 5. nu. 2. Item in his quoque hospitalibus militat eadem ratio[n]es dictarum Constitutionum, requirentium hanc publicationem; nempe ut Ordinarius certus sit, à quo petere debeat rationem administrationis juxta Decretum Trid. sess. 22. c. 9. & quem debeat visitare juxta Decretum ejusdem Concilii, sess. 22. c. 8. An dispensentur fructus pauperibus & c. & ut Coloni sciant, quis Rector hospitalis, ad hoc, ut possint ei solvere pensiones. Paris. 2. n. 53. Atque ita cum eadem sit ratio, in his Hospitalibus, ac in beneficiis, & officis, dicitur hic casus hospitalium comprehendendi in verbis, & sic non extensione. Paris. n. 56. Et dum ratio posita in lege comprehendit plures casus, & de uno tantum ibi fiat mentio expressa, id factum videtur exemplariter; & sic non restrictivè. Paris. n. 57. citans Tirag. in l. si unquam. v. liberis. n. 37. Olor. cons. 185. in fine. Adeoque pariformiter disponit quod ad alios casus non expressos, quibus pariter militat. Paris. num. 58. citans Bald. Cravet. & c.

Quaestio 770. *Quinam teneantur beneficia resignata publicare?*

Respondeo: Teneri omnes in universum Resignatarios, seu qui beneficia ex resignatione obtinuerunt. Sic enim probant verba omnino generalia, & pragnantia dictarum Constitutionum Pii V. & Gregorii XIII. Paris. l. 11. q. 4. n. 1. Azor. loc. cit. q. 6. Caltrop. loc. cit. n. 5. Sic itaque faciendo in